



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis Universa, Complectens Omnia Morum Præcepta, Et Principia Decisionis Omnium Conscientiæ Casuum, Suis Quæque Momentis Stabilita

Ad usum Parochorum, & Confessariorum

Continens Tractatus de Conscientia, de Legibus, de Peccatis, de Virtutibus
Theologicis, de Religione, & Beneficiis. Adjunctis in hac editione
Propositionibus ad hanc usque proscriptis

Antoine, Paul-Gabriel

Ingolstadii, 1734

VD18 90392140

Q. 14. Quænam sunt filiæ Luxuriæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40986

Q. 14. *Quanam sunt filia Luxuria?*

Resp. Ex S. Gregorio, & S. Thoma sunt octo. Quatuor ex parte intellectûs, nempe cœcitas mentis, præcipitatio, inconsideratio, & inconstancia: quæ sunt mortales, cum ideo præceptum aliquod in re gravi violatur. Et quatuor ex parte voluntatis. 1. Amor sui inordinatus, quo luxuriosus carnem suam, & carnis voluptates ita diligit, ut in iis finem ultimum ponat, suas cogitationes, ac curas ad illarum assecutionem referendo. 2. Odium Dei, qui voluptates illas graviter vetat, & punit. 3. Affectus præsentis sæculi, hoc est, vitæ præsentis, & rerum hanc oblectantium, quo ita istis inhæret, ut contentus esset in hoc mundo semper manere, de beatitudinis Cœlestis consecutione haud sollicitus. 4. Horror, & desperatio futuri sæculi: horror quidem, quia scit se post mortem impuris voluptatibus privatum iri, & earum loco supplicia acerbissima subiturum: Desperatio verò, quia obscenas voluptates deserere quasi impossibile reputat. Hæc quatuor sunt mortalia.

Q. 15. *Quanam sunt remedia contra Luxuriam?*

Resp. Ista. 1. Oratio humilis, & frequens.

Tom. I.

Y

ne-